

APPENDIX ALTERA.

MONUMENTORUM, SANAM MORUM DOCTRINAM, AC DISCIPLINAM CONFIRMANTIUM.

XIII.

ALEXANDRI VII. PONTIFICIS MAXIMI DECRETUM ALTERUM.

Quo Propositiones XVII. contra sanam Moralem, & Ecclesiasticam Disciplinam vulgatæ damnantur.

Feria V. die XIV. Septembris 1665.



IN Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. nostro D. Alexandro divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis & Reverendissimis Dominis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster ausdivit non sine magno animi sui motore, complere opiniones Christiane Disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, primum antiquatas iterum fuscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantiam ingeniorum licentiam in dies magis excreverit, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modis opinandi irreptit alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina: & quem si pro recta regala fideles in praxi sequerentur, ingenio erupit et Christianæ vitæ corruptela. Quare ne ullo unquam tempore viam salutis, quam supra veritas Deus, cujus veritas in æternum permanent, arctam esse definit, in animarum perniciem dilatari, seu verius perverti contingeret, idem Sanctissimus Dominus noster, ut oves sibi creditas ad ejusmodi spatiosa, lateque, per quam iter ad perditionem, via, pro Pastoralis sollicitudine in rectam semitam evocaret, eandem opinionum examen pluribus in sacra Theologia Magistris & deinde Eminent. & RR. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus serio commisit: qui tantum negotium strenue aggressi, eique sedulo incumbentes, & mature discussis usque ad hanc diem infrascriptis Propositionibus, super unaquaque ipsarum sua iustitiam Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

- 1. Propositio Prima. Homo nullo unquam vite sua tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum divinarum ad eas virtutes pertinencium.
- 2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.
- 3. Prælati Regulares possunt in foro conscientie absolovere quoscunque sacculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurra.
- 4. Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum; non teneris denuntiare, si probare non possis.
- 5. Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit penitentem chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denunciandus.
- 6. Modus evadendi obligationem denuncianda sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hinc potest ipsum absolovere absque onere denunciandi.
- 7. Duplicium stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando penam partem specialissimam fructus ipsius celebranti correspondentem, & idque post Decretum Urbani VIII.
- 8. Post Decretum Urbani, potest Sacerdos, cui Missa celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.
- 9. Non est contra iustitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre. Neque est contra fidelitatem, etiam si promittatur promissione etiam juramentis confirmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeratur.
- 10. Peccata in Confessione omissa, seu obita ob instantis periculum vite, aut ob aliam causam, non tenentur in sequenti Confessione exprimere.
- 11. Mendicantes possunt absolovere a casibus Episcoporum servatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.
- 12. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo presentato, sed ab eo injuste reprobato.
- 13. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.
- 14. Penitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius penitentiam adimpleat.
- 15. Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere

- in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.
- 16. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, ut suspensio non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipse Religioso, vel ejus religioni publice, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.
- 17. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam iudicem, a quo iniuria certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnari evitare.
- 18. Non peccat maritus occidens propriam auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.
- 19. Restitutus a S. Pio V. Imposta Beneficentia non recitandis non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit pæna.
- 20. Habens Capellaniam collatam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfacit sua obligatione, si Officium per alium recitet.
- 21. Non est contra iustitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente non exigit illam pro collatione Beneficiorum, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.
- 22. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subijcere præcepto.
- 23. Molitio, solomia, & bestialitas sunt injusdem speciei infamia, idcirco sufficit dicere in Confessione, se peccata solomia commisit.
- 24. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessione præcepto, dicens: Commisit tunc soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.
- 25. Quando litigantes habent pro se opinionem auge probabilem, potest iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio.
- 26. Si liber sit alienus iurandi, & moderni, debet opinio conferri probabilis, dum non constet, rejectam esse a Sede Apostolica tanquam improbabilem.
- 27. Populus non peccat, etiam si absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam.
- Quibus prædictis, dum similibus Propositionum examina cura, & studio impenditur, interea idem Sanctissimus mature considerata statuit, & decernit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut in minimum tanquam scandalosam, esse damnandas, & prohibendas, sicut eadem dicitur, & prohibet, ita ut quicunque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputaverit, publicæ, aut privativ tractaverit, nisi forsitan impugando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.
- Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & subinterminatione divini iudicii prohibet omnibus Christi-fidelibus quoscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima note dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

JOANNES LUPUS sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Notarius.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1665. Indictione tertia, die vero secunda mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri divina Providentia Papa VII. anno undecimo, Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursores.

XIV.

ALEXANDRI VII. SUMMI PONTIFICIS DECRETUM ALTERUM.

Quo Propositiones XVII. in materia Morum damnantur.

Feria V. die 18. Martii 1666.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Qui-

XV.

DECRETUM

INNOCENTII XI. PONTIFICIS MAXIMI.

Quo Moralis corruptæ Propositiones IIV. damnantur.

Feria V. secunda Martii 1679.

Quirinalis coram Sanctissimo D. N. Alexandro divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster post latum Decretum die 24. Septembris proxime elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulo, & accurate usque ad hanc diem infrascriptis aliis quadragessimis quintum numerum impleantibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum iustitiam singillatim super unaquaque ipsarum ausdivit.

- Propositio 29. In die jejunii, qui sapius modicum quid comedat, est notabilem quantitatem in sine comedere non frangit jejunium.
- 30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se excusare, an labor sit compatibilis cum jejunio.
- 31. Excusantur absolute a præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consistat.
- 32. Non est evidens, quod consecrator non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.
- 33. Restitutio fructuum ob omissionem borarum suppleri potest per quoscunque elemosinas, quas antea Beneficarius de fructibus sui Beneficii fecerit.
- 34. In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto.
- 35. Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die presentis, & crastino.
- 36. Regulares possunt in foro conscientie uti Privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.
- 37. Indulgentia concessa regularibus, & revocata a Paulo V. hodie sunt revivida.
- 38. Mandatum Tridentini sacrum Sacerdoti Sacrificanti ex necessitate, cum peccato mortali, consistendi quamprimum, est cohibens, non præceptum.
- 39. Illa particula, quamprimum, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore constituitur.
- 40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, scilicet periculo consensus ulterius, & pollicitio.
- 41. Non est obligandus concubinaris ad ejiciendum concubinam, si hæc nimis utilis esset ad obliuiscendam concubinam, vulgo regulo, dum deficiente illo nimis ægre ageret vitam, & alia epula radio magno concubinaris assisteret, & alia famula nimis difficile inveniretur.
- 42. Licetum est mutariis aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.
- 43. Annuus legatum pro anima velidum non durat plus quam per decem annos.
- 44. Quod forum conscientie, Res correctæ, ejusque continuatione cessante, cessat cessare.
- 45. Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligencia corrigantur.
- Quibus mature pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut in minimum tanquam scandalosam, esse damnandas, & prohibendas, sicut eadem dicitur, & prohibet, ita ut quicunque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputaverit, publicæ, aut privativ tractaverit, nisi forsitan impugando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi. Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & subinterminatione divini iudicii prohibet omnibus Christi-fidelibus quoscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima note dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

JOANNES LUPUS sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Notarius.

Loco sigilli.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1666. Indictione quarta, die vero 23. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Alexandri divina Providentia Papa VII. anno undecimo, Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum eiusdem SS. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursores.

IN generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Vaticano coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio divina Providentia Papa Undecimo, ac Eminentissimis, & Reverendissimis D. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

- Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictis ovium sibi a Deo creditarum saluti sedulo incumbens, & salubre opus in segregandis novis doctrinarum pascuis ab innoxia in felicit recordationis Alexandro VII. Prædecessore suo in choram profecti volens, plurimas Propositiones partim ex diversis vel libris, vel Theibus, seu Scriptis excerptis, & partim noviter adinventis, Theologorum plurium examini, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus subiecit. Quibus Propositionibus sedulo, & accurate sapius discussis, eorumque Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem suam auditis; idem Sanctissimus D. N. re postea mature considerata, statuit, & decrevit pro nunc sequentes Propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut in minimum tanquam scandalosam, & in praxi perniciosam, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas sua per hoc Decretum alias Propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati suæ quomodolibet, & ex quacunque parte exhibitas, vel exhibendas, ullatenus approbare.
- I. Non est illicitum in Sacramento conferendis loqui opinionem probabiliter de valore Sacramenti, relicta tunc, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacramentalis, aut Episcopalis.
- II. Probabiliter existimo, Iudicem posse judicare iuxta opinionem etiam minus probabilem,
- III. Generatim dum probabiliter, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeat, consisti aliquid agnium, semper prudenter agimus.
- IV. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabilis.
- V. A peccato mortaliter, qui actum dilectionis Dei femel tantum in vita eliceret, condonare non audeamus.
- VI. Probabile est, ne singulari quidem rigorose quinquenis per se obligare præceptum caritatis, erga Deum.
- VII. Tum solum obligat, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam, qua iustificari possimus.
- VIII. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obicitur, leudini, quia licite potest appetitus naturalis suis adi, bus frui.
- IX. Opus coniugii ob solam voluptatem exercitum omnino penitus caret culpa, ac defectu veniali.
- X. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formaliter.
- XI. Præcepto proximam diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.
- XII. Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, futuram statui. Et ita vix aliquis tenetur ad elemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.
- XIII. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tristicari, & de illius morte te naturaliter gaudere, illum inefficaci affectu petere, & desiderare: non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquid temporale emolumentum.
- XIV. Licetum est, absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas.
- XV. Licetum est filio gaudere de pericidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecuturas.
- XVI. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.
- XVII. Satis est actum fidei femel in vita elicere.
- XVIII. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno.
- XIX. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus satisfactionis, ad assensum impellentium.

XX. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habet supernaturali.

XXI. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabilis revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne sit locutus Deus.

XXII. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medi, non autem explicita remuneratoris.

XXIII. Fides late dicta testimonio creaturarum, sive live motivo, ad justificationem sufficit.

XXIV. Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

XXV. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

XXVI. Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, si- ve quocunque alio sine jure se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quidvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est per- jurus.

XXVII. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, ho- norem, & res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censatur tunc expediens, & studiosa.

XXVIII. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, potest cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis a similibus solet exigi, non ha- bito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

XXIX. Urgens metus gravis est causa justa Sacramen- torum administrationem simulandi.

XXX. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si alter hæc ignominia vitari nequit, Idem quoque dicendum, si quis impingat sla- pam, vel suste percutiat, & post impactum slapam, vel idem sustis fugiat.

XXXI. Regulariter occidere possunt furem pro confes- satione unius aurei.

XXXII. Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus in- choatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

XXXIII. Licitum est tam hæredi, quam legatario, contra injuste impediendam, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere: sicut & jura- benti in Cathedrali, vel Præbendam contra eorum pos- sessionem injuste impediendam.

XXXIV. Licet procurare abortum ante animationem factus, ne puella deprehensæ gravidæ occidatur, aut infametur.

XXXV. Videtur probabile, omnem fœtum, quando in utero est, carere anima rationali, & tunc primum inci- pere eundem habere, cum paritur, ac consequenter di- cendum erit in nullo abortu homicidium committi.

XXXVI. Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

XXXVII. Famili, & famulæ domesticæ possunt occulte heris suis furripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

XXXVIII. Non tenetur quis sub pena peccati morta- lis restituere, quod ablatum est per paucos furta, quan- tumcumque sit magna summa totalis.

XXXIX. Qui alium mover, aut inducit ad inferendam grave damnam tertio, non tenetur ad restitutionem il- lius damni illati.

XLI. Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu e- jusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præ- vie inito cum intentione lucri.

XLI. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam presen- tem quam futuram, potest creditor aliquid ultra fortem a mutuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

XLII. Usura non est, dum ultra fortem aliquid exigi- tur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum.

XLIII. Quidam nonnisi veniale sit detrahentis aucto- ritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere?

XLIV. Probabile est, non peccare moraliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & ho- norem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

XLV. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dun- taxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spiri- tuale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra.

XLVI. Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale, immo etiam si sit nisi ipsius rei spiritualis, sic ut plaris æstimetur quam res spiritualis.

XLVII. Cum dixit Conc. Trid. eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, non quos di-

gniores, & Ecclesie magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesiam promovent, Concilium, vel primo videtur per hoc, digniores, non aliud significare velle, nisi dignita- tem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundo, locutione minus propria ponit digniores, ut ex- cludat indignos, non vero dignos; vel tantum loquitur tertio, quando sit concursus.

XLVIII. Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdita, ut contrarium omnino rationi dissonum vi- deatur.

XLIX. Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, læpe esset bona, & ali- quando obligatoria sub mortali.

L. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium, adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum.

LI. Famulus: qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virgi- nem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut aliquid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspi- ciat, ne domo expellatur.

LII. Præceptum servandi Festa non obligat sub mor- tali, seposito scandalo, si ab sit contemptus.

LIII. Satisfacit præcepto Ecclesie de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immo quatuor, a diversis celebra- tibus audit.

LIV. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquis Horis, ad nihil tenetur, & quis ma- jor pars trahit ad se minorem.

LV. Præcepto Communionis annuæ satisficit per sacrile- gam Corporis Domini manducationem.

LVI. Frequent Confessio, & Communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædeterminationis.

LVII. Probabile est sufficere strictionem naturalem, modo honestam.

LVIII. Non tenetur Confessario interrogati fateri peccata alicujus consuetudinem.

LIX. Licet sacramentaliter absolvere dimidiata tantum confessionem ratione magni concursus poenitentium, qualis v. gr. potest contingere in die magnæ alicujus Festivita- tis, aut indulgentiæ.

LX. Poenitenti habenti consuetudinem peccandi contra Le- gem Dei, Naturæ, vel Ecclesie, est emendationis spes nul- la appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dum- modo ore proferat se dolere, & proponere emendatio- nem.

XLI. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occa- sione peccandi versatur, quam potest, & non vult di- mittere, quin immo directè, & ex proposito cogit, aut ei se ingerit.

XLII. Proxima occasio peccandi non est fugiendus, quando causa aliqua, aut utilis, aut honesta non fugien- di occurrat.

XLIII. Licitum est querere directe occasionem proxi- mam peccandi, pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

XLIV. Absolutionis capax est homo, quantumvis la- bore ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiam per ne- gligentiam etiam culpabilem, nesciat Mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.

XLV. Sufficit, illa Mytheria semel credidisse. Quicumque autem cujusvis conditionis, status, & digni- tatis, illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divinum defendente, vel ediderit, vel de eis disputaverit, publice, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan im- pugnando, ipso facto incidit in excommunicationem lætæ Sententiæ, a qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio, quocunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè, & in virtute sanctæ obedientiæ, sub terminatione divini iudicii prohibet omnibus Christi-fide- libus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opinio- nes, aut aliquam ipsarum ad præxim deducant.

Tandem, ut ab injuriosis contentionibus Doctores, & Scho- lastici, aut alii quicumque inopertum se abstinere, & ut paci, & caritati consulant, idem Sanctissimus in virtute sanctæ Ob- edientiæ eis præcipit, ut tam in Libris imprimendis, ac Manu- scriptis, quam in Theodis, disputationibus, ac prædicationi- bus caveant ab omni Censura, & nota, necnon a quibuscumque conviciis, contra eas Propositiones, quæ adhuc inter Ca- tholicos hinc inde controversantur, donec a Sancta Sede, re- cognita, super istis Propositionibus iudicium proferatur.

Franciscus Richardus,
Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Notarius.
Loco ✠ sigilli.
Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1679. In-
dilib.

diffinis secundæ, die vero quarta mensis Martii, Pontifi- catus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini ne- stri Innocentii decimæ Providentia Papa XI. anno tertio, Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad val- vos Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostoli- cæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alius locis suis. Et consuetis Urbis per me Franciscum Perinum ejusdem S. D. N. Papa, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursores.

XVI.
CONSTITUTIO
INNOCENTII XI.
BEATÆ MEMORIÆ PONTIFICIS MAXIMI

Contra errores Michaelis de Molinos, Spem Christianam, Dominicam Oracionem, curam omnem salutis, omnium studii, & exercitationes virtutum evertentes:

Horrendaque Morum propudis sub Nova Spiritualitatis, seu vie Interne, & Orationis Quietis obtentu invententes.

INNOCENTII EPISCOPI,
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cælestis Pastor Christus Dominus, ut iustentem in te- nebris mundum, variisque erroribus involutum, a po- testate Diaboli, sub qua misere post lapsum primi nostri parentis tentabatur, sua ineffabili miseratione liberaret, cri- men sumere, & in ligno Crucis chirographo redemptionis nostræ affixo, in testimonium fidei in nos caritatis, sese hostiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus est. Mox rediturus in cælum, Ecclesiam Catholicam Sponsam suam, tanquam novam civitatem sanctam Jerusalem, descendens de cælo, non habentem rugam, neque maculam, u- nam, sanctamque in terris relinquens, armis suæ potentie contra portas inferi circumvallatam, Petro Apostolorum Principi, & successoribus ejus regendam tradidit, ut do- ctrinam ab ipsius ore hauritam, sanctam, rectamque custodi- rent, ne oves pretiosæ Sanguine suo redemptæ prævarum optinationum pabulo in antiquos errores reciderent, quod præ- cepit beato Petro mandasse, nos sacre Litteræ docent.

Cui enim Apostolorum nisi Petro dixit: *Pasce oves meas*; & rursus: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Quare No- bis, qui non nostris meritis, sed inimitabili Dei omnipo- tentis consilio in ejusdem Petri Cathedrali pari potestate se- demus, semper fixum in animo fuit, ut populus Christi- anus eam sectaretur fidem, quæ a Christo Domino per Ap- ostopos sua perpetua, & nunquam interrupta traditione prædicata fuit, quamque ipse usque ad consummationem sæculi permansuram esse promisit.

Cum igitur ad Apostolorum nostrum relatum fuisset, quandam Michaelem de Molinos prava dogmata cum ver- bo, tum scripto docuisse, & in proximè deduxisse, quæ prætextu Orationis Quietis contra doctrinam, & usum a Sanctis Patribus ab ipsis nascentis Ecclesie primordiis recep- tum fideles a vera Religione, & a Christianæ pietatis pu- ritate in maximos errores, & turpissimas quæque induc- tent, nos, cui cædi semper fuit, ut fidelium animæ no- bis ex alto commissa, purgatis prævarum opinionum erro- ribus ad optatum salutis portum tuto pervenire possint; legitimis præcedentibus iudiciis, prædictum Michaelem de Molinos carceribus mancipari mandavimus. Deinde coram Nobis, & venerabilibus Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus, in tota Republica Christiana Gene- ralibus Inquisitoribus, in Apostolica auctoritate specialiter de- putatis, auditis pluribus in sacra Theologia Magistris, eor- umque sustentis tum voce, tum scripto susceptis, mature, quæ perpensis, implorata etiam Sancti Spiritus assistentia, cum prædictorum Fratrum nostrorum unanimi voto, ad dam- nationem inferscriparum Propositionum ejusdem Michaelis de Molinos, a quo fuerant pro suis recognite, de quibus Propositionibus tanquam a se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis, ipse convictus, & respective confessus fue- rat, ut lætus in Processu, & Decreto de mandato nostro lato die vigesima octava Augusti anni præsentis millefimi sexcentissimi octogesima septimi, devenire, ut infra, decre- vimus.

PROPOSITIONES.

1. Oportet hominem suas potentias annihilare: & hæc est via interna.

2. Velle operari active, est Deum offendere, qui vult esse ipse solus agens: & ideo opus est, seipsum in Deo torum, & totaliter delinquere, & postea permanere ve- lut corpus exanime.

3. Vota de aliquo faciendū sunt perfectionis impedi- menta.

4. Activitas naturalis est gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem, quia Deus vult operari in nobis sine nobis.

5. Nihil operando anima se annihilat, & ad suam principium redit, & ad suam originem, quæ est essen- tia Dei, in qua transformata remanet, ac divinizzata, & Deus tunc in se ipso remanet, quia tunc non sunt am- plius duæ res unite, sed una tantum: & hæc ratione vivit Deus, & regnat in nobis, & anima seipsum an- nihilat in esse operativo.

6. Via interna est illa, in qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio, & non oportet Deum cognoscere, & hoc modo recte proceditur.

7. Non debet anima cogitare nec de præmio, nec de punitione, nec de paradiso, nec de inferno, nec de morte, nec de æternitate.

8. Non debet velle scire, an graditur cum volutate Dei, an cum eadem volutate resignata maneat: nec o- pus est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil: sed debet ut corpus exanime manere.

9. Non debet anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cujuscumque rei, & in via interna omnis reflexio est no- civa, etiam reflexio ad suas humanas actiones, & ad proprios defectus.

10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodo non adit volutatis scan- dalizandi: & ad proprios defectus non posse reflectere, gratis Dei est.

11. Ad dubia, quæ occurrunt, an recte procedatur, necne, non opus est reflectere.

12. Qui suam liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de inferno, nec de paradiso: nec debet desiderium habere propriæ perfectio- nis, nec virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, cujus spem purgare debet.

13. Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relin- quenda est cogitatio, & cura de omni re nostra; & re- linquere, ut faciat in nobis sine nobis suam divinam vo- luntatem.

14. Qui divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut a Deo rem aliquam petat, quia petere est im- perfectio, cum sit actus propriæ voluntatis, & electio- nis; & est velle quod divina voluntas nostræ confor- metur: & illud Evangelii, *Petite, & accipietis*, non est dictum a Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem; immo hujusmodi animæ quo perve- niunt, ut non possint a Deo rem aliquam petere.

15. Sicut non debet a Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debet, quia utrun- que est actus propriæ voluntatis.

16. Non convenit Indulgentias querere pro peccatis propriis peccatis debita; quia melius est divinæ justitiæ fa- tuifacere, quam divinam misericordiam querere: quoniam illud ex puro Dei amore procedit: & istud ab amo- re nostri intercessit, nec est res Deo grata, nec meri- toria, quia est velle crucem fugere.

17. Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cu- ra, & cognitione animæ nostræ, non est amplius ha- benda ratio tentationum, nec eis resistitiam fieri debet nisi negativa, nulla adhibita industria; & si natura com- moveret, oportet sinere, quæ est natura.

18. Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, spe- ciebus, & propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu, & veritate.

19. Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumen- tatur, aut intellectus comprehendit, non amat verum Deum.

20. Afferere, quod in oratione opus est sibi per di- scursum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus animam non alloquitur, ignorantia est. Deus nunquam loquitur: ejus locutio est operatio, & semper in anima operatur, quando hæc suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eam non impedit.

21. In oratione opus est manere in fide obscura, & universali, cum quiete, & oblivione cujuscumque cogitationis particularis, ac distinctionis attributorum Dei, ac Trinitatis, & sic in Dei presentia manere ad illum adorandum, & amandum, quæ interservandum, sed abs- que productione actuum, qui Deus in his sibi non com- placet.

22. Cognitio hæc per fidem non est actus a creatura productus, sed est cognitio a Deo creaturæ tradita, quam creatura se habere non cognoscit, nec postea cognoscit illam se habuisse: & idem dicitur de amore.

23. Mystici cum S. Bernardo in Scala Claustralium, distinguunt quatuor gradus: lectionem, meditationem, orationem, & contemplationem insulam. Qui semper in primo sistit, nunquam ad secundum pertranat: qui semper in secundo persistit, nunquam ad tertium pervenit, qui est nostra contemplatio sequitua, in qua per totam vitam persistendum est, dummodo Deus in animam non

trahat (absque eo quod ipsa id expectet) ad contemplationem infans: & hac cessante, anima regredi debet ad certum gradum, & in ipso permanere, absque eo, quod amplius redeat ad secundum, aut primum.

24. Qualescumque cogitationes in oratione occurrant, etiam impure, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem, & Sacramenta, si voluntarie tolerentur, non impediunt orationem fidei; immo eam perfectiorem efficiunt, quia anima tunc magis divinæ voluntati resignata remanet.

25. Etiam si superveniat somnus, & dormiatur, nihilominus fit oratio, & contemplatio actualis, quia oratio, & resignatio, resignatio, & oratio idem sunt; & dum resignatio perdurat, perdurat & oratio.

26. Tres illæ Viæ, Purgativa, Illuminativa, & Unctiva, sunt absurdum maximum, quod dictum fuerit in Mystica, cum non sit nisi unica via, scilicet via interna.

27. Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat, nec querit Deum, sed seipsum; & male agit, cum eam desiderat, & eam habere conatur, qui per viam internam incedit, tam in locis sacris, quam in diebus sollempnibus.

28. Tedium bonorum spiritualium bonum est, siquidem purgatur amor proprius.

29. Dum anima interna lassitudo discursus de Deo & virtute, & frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est.

30. Totum sensibile, quod experitur in vita spirituali, si, est abominabile, spurcum, & immundum.

31. Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent a sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes.

32. Nec ante, nec post Communionem alia requiruntur preparatio, aut gratiarum actio pro istis animabus internis, quam permanentia in solita resignatione passiva, quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui fieri possunt, & sunt in via ordinaria: & si hac occasione insurgunt motus humilitationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt, quoties non dignoscatur eos esse ex impulsu specialis Dei: alias sunt impulsus naturæ nondum mortuæ.

33. Male agit anima, quæ procedit per hanc viam internam, & in diebus sollempnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum: quoniam animæ internæ omnes dies sunt æquales, omnes sensivi: & idem dicitur de locis sacris, quia hujusmodi animabus omnia loca æqualia sunt.

34. Verbis, & lingua Deo gratias agere, non est pro animabus internis, quæ in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum opponendo, quod operetur in illis: & quo magis Deo se resignant, experiuntur se non posse Orationem Dominicam, seu PATER NOSTER, recitare.

35. Non convenit animabus hujus viæ internæ, quod faciant operationes etiam virtuosas ex propria electione, & activitate, alius non essent mortuæ: nec debent elicere actus amoris erga beatam Virginem, Sanctos, aut humanitatem Christi: quia cum illa sensibilibus sint objecta, telis est amor erga illa.

36. Nulla creatura, nec beata Virgo, nec Sancti federe debent in nostro corde, quia solus Deus vult illud occupare, & possidere.

37. In occasione tentationum, etiam furiosarum, non debet anima elicere actus explicitos virtutum oppositorum; sed debet in suprascripto amore, & resignatione remanere.

38. Crux voluntaria mortificationum pondus grave est, & infructuosum; ideoque dimittenda.

39. Sanctiora opera, & poenitentia, quæ peragunt Sancti, non sufficiunt ad removendum ab anima vel unicam adhesionem.

40. Beata Virgo nullum unquam opus exterius peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus sanctorum: igitur ad sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori.

41. Deus permittit, & vult ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptis, demon violentiam inferat eorum corporibus, easque actus carnales committere faciat etiam in vigilia, & sine mentis offuscatione, movendo physice illis manus, & aliam membra contra eorum voluntatem: & idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos, in quo casu non sunt peccata, quia in his non adest consensus.

42. Potest dari casus, quo hujusmodi violentia ad actus carnales contingat eodem tempore ex parte duarum personarum, scilicet maris, & femine, & ex parte utriusque sequatur actus.

43. Deus præteritis temporibus Sanctos efficiebat tyrannorum ministerio, nunc vero eos efficit sanctos ministerio demonum, qui causando in eis prædictas violentias, facit, ut illi seipos magis despiciant, annihilent, & se Deo resignent.

44. Job blasphemavit, & tamen non peccavit la-

bis suis, quia fuit ex demonis violentia.

45. Sanctus Paulus hujusmodi demonis violentias in suo corpore passus est: unde scripsit: non quod volo bonum, hoc ago: sed quod nolo malum, hoc facio.

46. Hujusmodi violentiæ sunt medium magis proportionatum ad annihilandam animam, & ad veram transformationem, & unionem producendam; nec alia superest via, & hæc est via facilior, & tutior.

47. Cum hujusmodi violentiæ occurrant, sinere oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo industriam, nullamque propriam conatum; sed permanere debet homo in suo nihilo: & etiam si sequatur pollutiones, & actus obsceni propriis manibus, & etiam pejora, non est opus seipsum inquietare, sed foras emittendi sunt scrupuli, dubia, & timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiritur sancta libertas: & præ omnibus non opus est hæc confiteri, & sanctissime sic non confitendo, quia hoc pacto superstat demon, & acquiritur thesaurus peccatis.

48. Satanas, qui hujusmodi violentias inferit, fudet deinde gravia esse delicta, ut anima flo inquietet, ne via interna ulterius progrediatur: unde ad ejus vires nec vandas, melius est ea non confiteri, quia non sunt peccata, nec etiam venialia.

49. Job ex violentia demonis se propriis manibus pollebat, eodem tempore, quo mandus habebat ad Deum preces: sic interpretando locum ex Cap. Job 16.

50. David, Jeremias, & multi ex sanctis Prophetis hujusmodi violentias patiebantur hærum impuram operationem externam.

51. In sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos, ut illud de Samsone, ne qui per violentiam seipsum occidit cum Philistinis, conjugium inite cum alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus est, quæ alias erant prohibita, & quæ alias peccata fuissent: de Juditha, quæ Holopherni mentita fuit, de Eliseo, qui pueris maledixit: de Elia, qui com-bussit duces cum turmis Regis Achab: an vero fuerit violentia immediate a Deo peracta, vel ministerio demonum, ut aliis animabus contingit, in dubio relinquatur.

52. Cum hujusmodi violentiæ, etiam impure, absque mentis offuscatione violentiæ, tunc anima Deo potest uniri, & de facto semper uniri.

53. Ad cognoscendum in praxi, an aliqua operatio in aliis personis fuerit violentia, regulæ, quæ de hoc habeo, nesciam sunt protestationes Animarum aliarum, quæ protestantur se dictis violentiis non consentire, aut jurare non posse, quod non his consentirent, & videre, quod sunt animæ, quæ proficiant in via interna; sed regulam, tumere a lumine quoddam actuali, cognitione humana & Theologica superiore, quod certo cognoscere facit cum interna certitudine, quod talis operatio est violentia: & certus sum, quod hoc locum a Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum cum certitudine, quod a Deo proveniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium: eo modo, quo interdum contingit, quod Deus aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddidit, quod ipse sit, qui revelet, & anima in contrarium non potest dubitare.

54. Spirituales, viæ ordinariæ, in hora mortis se delulos inveniunt, & confusos, cum omnibus passionibus in alio Mundo purgandis.

55. Per hanc viam internam pervenitur, etsi multa cum suaverentia, ad purgandas, & extinguendas omnes passiones, ita quod nihil amplius sentitur, nihil, nihil, nec ultra sentitur inquietudo, sicut corpus mortuum, nec anima se amplius commoveri sentit.

56. Dux leges, & dux cupiditates, Anima una, & amoris proprii altera, tandiu perdurant, quandiu perdurat amor proprius: unde quando purgatus est, & mortuus, ut fit per viam internam, non adsunt amplius dux illæ leges, & dux cupiditates, nec ulterius lapsus aliquis incurritur, nec aliquid sentitur amplius, nec quidem veniale peccatum.

57. Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia.

58. Ad hujusmodi statum pervenitur non reflectendo amplius ad proprias operationes, quia defectus ex reflectione oriuntur.

59. Via interna sejuncta est a Confessione, a Confessariis, a casibus conscientia, a Theologia, & a Philosophia.

60. Animabus prædictis, quæ reflexionibus mori incipiunt, & eo etiam perveniunt, ut sint mortuæ, Deus Confessionem aliquando efficit impossibilem, & supplet ipse tanta gratia præservante, quantum in Sacramento recipere: & ideo animabus hujusmodi non est bonum in tali casu ad Sacramentum Poenitentia accedere, quia id est illis impossibile.

61. Anima cum ad mortem mysticam pervenit, non

potest amplius aliud velle quam quod Deus vult, quia non habet amplius voluntatem, & Deus eam illi abtullit.

62. Per viam internam pervenitur etiam ad mortem sensuum; quin immo figuram, quod quis in statu nobilitatis maneat, id est mortis mysticæ, est, si sensus exterior non representent amplius res sensibiles, ac si essent, quia non perveniunt ad sciendum, quod intellectus ad eas applicet.

63. Per viam internam pervenitur ad statum continuum immobilem in pace imperurbabili.

64. Theologus minorem dispositionem habet, quam homo rudis ad statum contemplationis. 1. Quia non habet fidem adeo puram. 2. Quia non est adeo humilis. 3. Quia non adeo curat propriam salutem. 4. Quia caput habet referentum phantasticum, speciebus, opinionibus, & speculationibus, & non potest in illam ingredi verum lumen.

65. Præpositus obediendum est in exteriori, & latitudo voti obediencie Religiosorum tanquam modo ad exteriorius pergit, in interiori vero res aliter se habet, quia solus Deus, & director intrant.

66. Ritu digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, quod Anima quoad internam gubernari debeat ab Episcopo, quod si Episcopus non sit capax, Anima ipsa cum suo direttore adeat. Novam dico doctrinam, quia nec sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Auctores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt, quia Ecclesia non judicat de occultis, & anima jus habet eligendi quemcumque sibi bene visum.

67. Dicere, quod internam manifestandum est exteriori tribunal præpositorum, & quod peccatum sit id non facere, est manifeste deceptio: quia Ecclesia non judicat de occultis, & propriis animabus præjudicat his deceptioibus, & simulationibus.

68. In mundo non est facultas, nec jurisdictionis ad præcipiendum, ut manifestentur Episcopi Directoris, quod internam Animæ: & ideo bonum est animadvertere, quod hoc est insulsum Satanae.

Quas quidem Propositiones tanquam hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemias, pium aurium offensivas, temerarias, Christianæ Disciplina relaxativas, & everivas, & seditionas, respective, ac quæcumque super his verbo, scripto, vel typis emissæ, præter eum voto eorundem Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Inquisitionum Generalium, damnavimus, circumscriptimus, & abolevimus, deque eisdem, & similibus omnibus, & singularibus quocumque modo loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuscumque interdicens, & contravenientibus omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis, & officiis ipso facto privavimus, & inhabiles ad quæcumque decrevimus, vinculoque anathematis eo ipso innodavimus, a quo nisi a nobis, & a Romanis Pontificibus successoribus nostris non valent absolvi.

Præterea eodem nostro Decreto prohibuimus, & damnavimus omnes Libros, omniaque Opera, quocumque loco, & idiomate impressa, necnon omnia Manuscripta ejusdem Michaelis de Molinos, vetuimusque, ne quis quæcumque gradus, conditionis, vel status, etiam speciali nota dignus, audeat sub quovis præterito, quolibet pariter idiomate, sive sub eisdem verbis, sive sub æqualibus, aut æquipollentibus, sive absque nomine, seu sicut, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impressa, seu manuscripta legere, vel apud se retinere: sed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitate Inquisitionibus statim tradere, & consignare teneantur sub eisdem penis superius indicis: qui Ordinarii, & Inquisitiones statim ea igni comburant, vel comburi faciant. Tandem, ut prædictis Michael de Molinos hoc hæreticæ, erroneæ, & turpis facta prædicta debitis penis in aliorum exemplum & ipsius emendationem prelecteretur, lecto in eadem nostra Congregatione toto Processu, & auditis dilectis filiis Consultoribus nostris Sanctæ Inquisitionis Officii, in sacra Theologia, & in Jure Pontificis Magistris, cum eorundem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum Michael de Molinos, tanquam reum convictum, & confessum respectivo, & tanquam hæreticam formalem, licet poenitentem, in penam arcti, & perpetui carceris, & ad peragendas alias poenitentiarum solutarum, præviam abjuracionem de formali per ipsum emittenda, servato juris ordine, damnavimus: Mandantes, ut die, & hora præsignandis, in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam hujus Urbis, presentibus omnibus Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & Romanæ Curie nostræ Prelatis, universoque populo ad id eam tenor Processus, statim in fuggello eodem Michael de Molinos, una cum Sententia inde lecta legeretur: & post hoc eisdem de Molinos habita poenitentia indutus prædictis erroribus, & hæreticis abjuracione, facultatem dedimus dilecto filio nostro S. Officii Commissario, ut eam a Censuris, quibus innodatus erat, in forma Ecclesiæ con-

fecta absolveret; quæ omnia in executionem dictæ nostræ Ordinationis die tertii Septembris labentis anni sollempniter adimpleta sunt.

Et licet supra narratum Decretum de mandato nostro latum, ad majorem fidelium cautelam typis editum, publicis locis affixum, & divulgatum fuerit, nihilominus, ne hujus Apostolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri possit, utque populus Christianus Catholica veritate instructior per viam salutis incedere valeat, prædecessorum nostrorum Summorum Pontificum vestigiis inherentes; hæc nostra perpetuo valitura Constitutione suprascriptam Decretum de novo approbamus, confirmamus, & debet executioni tradit mandamus; iterum suprascriptas Propositiones definitivè damnantes, & reprobanes, librosque, & manuscripta ejusdem Michaelis de Molinos prohibentes, & interdicentes sub eisdem penis, & censuris contra transgressores latis, & inflicis.

Decernimus insuper presentes Litteras semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicut pen quoscumque Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & functiones ubique judicari, & desinere debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, ut presentibus transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eisdem fides profus adhibeatur, quæ ipsi originalibus Litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis dominicæ millesimo sexcentesimo octagesimo septimo, duodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

F. DATARIUS.

J. F. ALBANUS. Registrata in Secretariis Brevium.

Visa de Curia S. de Pilsstris. D. Giampinni.

Loco H plumbi.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1688. Indictione undecima, die vero 19. Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Domini Innocentii divini Providentia Papa XI. anno duodecimo, presentes Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perrinum SS. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

XVII.

DECRETUM

ALEXANDRI VIII. SUMMI PONTIFICIS;

Quod errores duo capitales damnantur.

Primum contra Mandatum de Deo diligendo. Alter de peccati Philosophici commento.

Feria v. die xxiv. Augusti 1690.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Mortis Quinialis coram Sanctissimo D. N. ALEXANDRO divina Providentia Papa VIII. ac Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana ad veras hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitionibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Sanctissimus D. N. ALEXANDER PAPA VIII. non sine magno animi sui dolore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam de novo, & in majorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere; & cum sui Pastoralis Officii manus sit, oves sibi creditas a noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sive Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitionibus sedulo commisit, qui pluries, & mature discussis infra scriptis Thesibus, seu Propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

I. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum

30 cum natura rationali: formalis vero in conformitate a-
 31 ctus cum regula morum. Ad hoc sufficit: ut actus mo-
 32 ralis tendat in finem ultimum interpretative. Nunc ho-
 33 mo non tenetur amare neque in principio, neque in de-
 34 cursu vite sue mortalitatis.

35 II. Peccatum Philosophicum, seu morale est actus hu-
 36 manus disconveniens naturae rationali, & recte rationi.
 37 Theologicum vero, & morale est transgressio libera di-
 38 vine legis, Philosophicum quantumvis grave in illo,
 39 qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat,
 40 est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque pec-
 41 catum, mortale dissolvens amicitiam Dei, neque eter-
 42 na poena dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plene, & mature
 consideratis, prius Theſim, seu Propositionem declara-
 vit Haereticam, & uti talem damnandam, & prohibendam
 esse, sicut damnat, & prohibet sub censuris, & poenis con-
 tra Haereticos, & eorum fautores in Jure expressis: secundam
 Theſim, seu Propositionem declaravit scandalosam,
 temerariam, piarum arrium offensivam, & erroneam, &
 uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti dam-
 nat, & prohibet; ita ut quicumque illam defenderit, edi-
 derit, aut de ea etiam disputaverit, publice, seu privatim
 tractaverit, nisi forsitan impugando, ipso facto incidat in
 excommunicationem, a qua non possit (præterquam in ar-
 ticulo mortis) ab alio quocunque etiam dignitate fulgen-
 te, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absol-
 vi. Insuper districtè in virtute sanctae Obedientiae, & sub
 interminatione divini Judicii prohibet omnibus CHRISTI
 Fidelibus cujuscunque conditionis, dignitatis, ac status, e-
 tiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictam
 Theſim, seu Propositionem ad praxim deducant.

Loco Sigilli.

ALEXANDER SPERONUS Romanæ, & Universalis In-
 quisiſionis Notarius.

Die 24. Augusti 1690. prædictum Decretum affixum,
 & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum,
 Cancellariæ Apostolicæ in acie Campi Floræ ac in aliis
 locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Petri-
 um D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisiſionis Curso-
 rem.

XVIII.

CONSTITUTIO

INNOCENTII XII.

BEATÆ MEMORIÆ PONTIFICIS
 MAXIMI.

Damnans Librum inscriptum, Explication des Maximes
 des Saints sur la Vie interieure, & XXIII. Propositiones
 ex eo excerptas, damnans ab Ecclesia Catholica Quiescen-
 tum erroribus affines.

INNOCENTIIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum alius ad Apostolatus nostri notitiam pervenerit in
 lucem prodidisse Librum quendam Gallico idiomate edi-
 tum, cui Titulus: Explication des Maximes des Saints
 sur la Vie interieure, par Messire Francois de Salignac
 Fenelon, Archevesque Duc de Cambry, Precepteur de
 Messieurs les Ducs de Bourgogne, de Anjou & de Ber-
 ry. A Paris chez Pierre Aubouy, Pierre Emery, Char-
 les Cloſter 1697. ingens vero subinde de non fana Libri
 hujusmodi doctrina excitatus in Gallis rumor adeo petre-
 berit, ut opportunam Pastoralis vigilantie nostræ opem
 effugaverit, Nos eundem Librum nonnullis ex Venerabi-
 libus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus aliisque in sa-
 cra Theologia Magistris, mature, ac uti gravitas postulare
 videbatur, examinandum committimus. Porro hi mandatis
 nostris obsequentes, postquam in quatuordecim Congrega-
 tionibus varias Propositiones ex eodem Libro excerptas du-
 taro, accurate examine discussent, quid super earum
 singulari sibi videretur, tam voce, quam scripto nobis ex-
 pofuerunt. Auditis igitur in pluribus titidem eorum coram
 nobis desuper actis Congregationibus in memoriam Cardi-
 nalium, & in sacra Theologia Magistrorum sententias, Do-
 minici gregis Nobis ab æterno Pontifice creditis periculis,
 quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes,
 motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione
 Noſtra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Librum
 prædictum ubicunque, & quocunque alio ſidiomate; seu
 quavis editione, ut versione huc usque impressum, aut in
 posterum imprimendum, quippe ex cuius lectione, & usu
 fideles sensum in errores ab Ecclesia Catholica jam damna-
 tos induci possent, ac insuper tanquam continentem Pro-

positiones, sive in obvio eorum verborum sensu, sive at-
 tenta sententiarum connectione, temerarias, scandalosas,
 male sonantes, piarum arrium offensivas, in praxi perni-
 ciosas, ac etiam erroneas respectivè, tenore præsentium
 damnamus, & reprobamus; ipsiusque Libri impressionem
 descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus,
 & singulari Christi fidelibus, etiam Anglicis, & individua
 inentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis
 per contractationem ipso facto, absque alia declara-
 tione, incurrenda, interdiciamus, & prohibemus. Volentes,
 & Apostolica auctoritate mandantes, ut quicumque fu-
 prædictum Librum penes se habuerit, illum statim atque
 præsentem Literæ eis innoverit, locorum Ordinariis, vel
 hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, ac consignare o-
 mino teneatur: in coartariis facientibus non obstantibus
 quibuscunque. Ceterum Propositiones in dicto Libro con-
 tentæ, quas Apostolice censura judicii (sicut præmittitur)
 condignas duximus, ex Gallico idiomate in Latinum ver-
 se sunt tenoris, qui sequitur videlicet.

I. Datur habitus amoris Dei, qui est caritas
 pura, & sine ulla admixtione motivi proprii interesse.
 Neque timor pavorem, neque desiderium remunerationum
 habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus
 propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter
 felicitatem in eo amando invenientiam.

II. In statu vite contemplativæ, seu unitivæ, amittitur
 omne motuum interestatum timor, & spei.

III. Id, quod est essentiale in directione Animæ, est non
 aliud facere, quam sequi patientem gratiam cum infinita
 patientia, precautionibus, & subtilitate. Oportet se contra hos
 limites continere, ut fiat Deus agere, & nunquam
 ad partem amorem ducere, nisi quando Deus per actionem
 interivam incipit agere: cor hinc verbo, quod adeo datum
 est Animabus ad hoc sibi met assignatus, & adeo potest illas
 scandalizante, aut in perturbationem concitare.

IV. In statu sanctæ indifferentiæ Anima non habet am-
 plius desideria voluntaria, & deliberata propter suum in-
 teresse, exceptis iis occasionebus, in quibus tota sua gratia
 fideliter non cooperatur.

V. In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, &
 omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut finis perfecti, &
 beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem,
 ac beatitudinem volumus in quantum Deo placet effecere,
 ut velimus res istas impressione sua gratia.

VI. In hoc sanctæ indifferentiæ statu volumus amplius
 salutem, ut salutem propriam, ac liberationem æternam,
 ac mercedem nostrorum meritorum, ac nostrum interesse o-
 mnium maximum: sed eam volumus voluntate plena, ac
 gloriam, & benedictionem Dei, ut rem quam ipse vult,
 & quam nos vult velle propter ipsam.

VII. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius
 sustinatio, quam Jesus Christus a nobis in Evangelio re-
 quirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri
 ipsorum abnegatio non est nisi quoad interesse proprium...
 Extrema probationes, in quibus hac abnegatio, seu sui
 ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, in quibus
 Deus amulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo
 profugium, neque ullam spem quoad suum interesse pro-
 prium, etiam æternum.

VIII. Omnia sacrificia, qua fieri solent ad Animabus
 quam maxime disinterestedis circa earum æternam beatitu-
 dinem, sunt conditionalia... Sed hoc sacrificium non
 potest esse absolutum in statu ordinario. In suo extremum
 probationum casu hoc sacrificium fit aliquo modo ab-
 solutum.

IX. In extremis probationibus potest Anima invincibiliter
 persuasum esse persuasione reflexa, & qua non est in-
 timus conscientie fundus, se reprobam esse a Deo.

X. Tunc anima divisa a semetipsa expirat cum Christo
 in Crucis dicens: Deus Deus meus, ut quid dereliquisti
 me? In hac involuntaria impressione desperationis conficit
 sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æterni-
 tatem.

XI. In hoc statu Anima amittit omnem spem sui pro-
 prii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori,
 id est, in suis actibus directis, & intimis. Spem perfe-
 ctam, que est desiderium disinterestedum premissum.

XII. Director tunc potest hunc Animam permittente, ut sim-
 pliciter acquiescat iustitiae sui proprii interesse, & iuste
 condemnationi, quam sibi a Deo indicatam credit.

XIII. Inferior Christi pars in Crucis non communicavit
 superiori suam involuntarias perturbationes.

XIV. In extremis probationibus pro purificatione amoris
 fit quædam separatio partis superioris Animæ ab inferiori.
 In ista separatione actus partis inferioris manent
 ex omnino cæca, & involuntaria perturbatione: nam to-
 tum, quod est voluntarium, & intellectuale, est partis
 superioris.

XV. Meditatio consistit in discursibus actibus, qui a se in-
 vicem facile distinguuntur... Ista compositio actuum dis-
 cursivorum, & reflexorum est propria exercitatio amoris
 interestedis.

XVI. Datur status contemplationis adeo sublimis, adeo-
 que

XIX.

MANDATUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI

FRANCISCI DE SALIGNAC FENELON

ARCHIEPISCOPI DUCIS CAMERACENSIS.

que perfecta, ut fiat habitualis, ita ut quoties anima actu
 erat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc
 non amplius indiget redire ad meditationem, ejusque actus
 methodicos.

XVII. Anima contemplativa privatur intuitu distincto,
 sensibili, & reflexo Jesu Christi duobus temporibus diver-
 si; primo, in fervore nascente orationis contemplationis: se-
 cundo, anima amittit intuitum Jesu Christi in extremis
 probationibus.

XVIII. In statu passivo exercentur omnes virtutes di-
 stinctæ, non cogitando, quod sine virgines. In quolibet me-
 mento aliud non cogitatur, quam facere quod Deus vult,
 & amor zelosus simul efficit, ne quis amplius sibi vir-
 tutem velit, nec unquam sit adeo virtute præditus, quam
 cum virtuti amplius affixus non est.

XIX. Potest dici in hoc sensu, quod Anima passiva, &
 disinteresteda, nec ipsam amorem vult amplius, quatenus
 est sua perfectio, & sua felicitas, sed solum quatenus est
 id, quod Deus a nobis vult.

XX. In consensu deditur Anima transformate sua pec-
 cata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem
 suorum peccatorum; non ut propriam purificationem, & libe-
 rationem, sed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle
 propter suam gloriam.

XXI. Sancti Mystici excluserunt a statu Animarum trans-
 formatarum omnes exercitationes virtutum.

XXII. Quamvis hæc doctrina (de puro amore) esset pura,
 & simplex perfecta Evangelica in universa traditione
 designata, antiqui Pastores non prebent passim multitudi-
 nis hominum, nisi exercitio amoris interestedis eorum vitam
 propriam.

XXIII. Purus amor ipse solus consistit totam vitam in-
 terivam, & tunc evadit unicuique principium, & omnium mo-
 tivorum omnium aduam, que desiderat, & meretur sunt.

Non intendimus tamen per expressam Propositionum hu-
 jusmodi reprobationem, alia in eodem Libro contenta ulatenus
 approbare. Et autem eadem præsentem Literæ omnibus faci-
 lius innotescant, nec ququam illarum ignorantiam valeat alle-
 gere, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus,
 ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Can-
 cellariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte
 Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex
 Curatoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque
 exempla ibidem affixa reliquantur; ita ut sic publica-
 te omnes, & singulos, quos concernunt, perinde ascient,
 ac si uniuersis illorum personaliter notificatæ, & intima-
 re fuissent. Uque ipsorum litterarum transfumptis, seu
 exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
 subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate con-
 stitute munitis, eadem prout fides tam in iudicio, quam
 extra illud ubique locorum habeatur, que ipsi præsentibus
 habereur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ
 apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die
 XII. Martii MDCXCIX. Pontificatus nostri anno octavo.

J. F. Card. ALBANUS.

Datum Cameraci 9. Aprilis 1699.

X X.

EPISTOPA PASTORALIS

Illustrissimi, ac Reverendissimi D. D. Archiepiscopi Rotho-
 magensis Normanz Primatis,

JACOBI NICOLAI COLBERT.

Occasione Libelli in ejus Diocesi disseminati, cui titulus:
 Difficultés proposées, &c. Id est, Difficultates proposi-
 tæ, &c.

JACOBUS NICOLAUS COLBERT, permissione divi-
 na Rothomagensis Archiepiscopi, Normanz Primatis, & Capitu-
 laris Cathedralis Ecclesie nostræ Decani, Canonici, & Capitu-
 laris Ecclesiarum Collegiarum, Rectoribus Parochia-
 rum, aliisque Ecclesiasticis Viris Diocesis nostræ, salutem,
 & benedictionem.

Præcipuus inter Pastoralis officii nostri partes, gravissima
 semper visa nobis est obligatio, Morum doctrinam omni
 modo puram servare, uniformemque in Diocesi nostra stabili-
 lire Disciplinam. Hoc animo assiduè in Collationibus
 Ecclesiasticis vobis commendavimus, ut Regulis Disciplinæ,
 ac de Morali Christianæ principii communiter instituti,
 idem foveretis, unamque commisit vobis animus dirigendi
 rationem teneretis, atque ita sana Doctrina auctorita-
 tem obtineret, magisque indecilia ingenia illi se subiacere
 compellerentur. Verum iustæ nobis fore timendi rationes,
 ne Viri quampures Ecclesiastici, recentiorum Auctorum, qui
 de Moralibus rebus scripserunt, lectioni sine delectu se dan-
 tes, aberrarent, malos duces fecerit, alique principia cum
 aliorum principii & regione pugnantia amplecterentur. Hæc
 ut avertam pericula, conveniens iudicium in argumentis
 Collationum anno proxime elapso propositis, libros vo-

bis prescribere, quos ad vestras decisiones responsumque formandi conlatere debetis. Librorum Theologicis Moralibus ad Episcopos doctrina pariter, ac pietate celebratissimi editorum lectionem vobis commendavimus, operaque Doctorum, quorum spectata eruditio, quae solida firmaque principia, & Decisiones, seu Responsa in Libris Sacris, & Traditione Sanctorum Patrum fundata continent, puris fontibus, ex quibus, veteres Regulas Morum haurire debetis.

Cor. 10. Philipp. 1.39.

Delectus ille Auctorum adeo necessarius, ut id ipsum auctoris omnes, & non sicut in vobis schismata, sitis autem perfecti in eadem sententia, & in eadem sententia... & in eadem permanentis regula, optionem dedit Anonymo Libello, in nostra Diocesi diffeminato, cui titulus est: Difficultates Proposita à Monseigneur l'Archevêque sur divers endroits des Livres, dont il recommande la lecture à ses Curez. Idem, Difficultates Proposita Domino Archiepiscopo, circa varios locos Librorum, quorum electionem Curas suis commendat.

Hujus Auctori Libelli, damna aduersus Episcopalem Auctoritatem contumacia, doctrinam Archiepiscopi sui, & illorum, quorum utitur ministerio, Diocesani eius suspensio effecere constat. Nihil quippe in locis omnibus Auctorem a nobis indicatis inveniatis, quod reprehendere possit; omnium quoque de aliis questionibus scripserunt, de quibus locuti non fuimus, nos viderimus vultu exhibere: & circa has ipsas questionibus, quae nos minime spectant, Status Morali Christianae veritates, & firmiores certiores Ecclesiastici Regulas impugnant.

F. 10. Indicii pag. 6. Diffic.

Quasque latebras obsecratis affectet, ne damnatos Gallicanorum Episcoporum Confessus, & Summorum Pontificum Decretis errores aperte renovare videatur: perspectum satis est illi, quos proponit, objectionis hunc esse scopum, illos ut renovet, eoque tendit temeritas, qua in ordine Propositionum veri fines, justaque severitatis modus excedendum describit certissima, receptissimaque dogmata, damnatis illis erroribus contraria. Sic doctrina probabilistis tot Confessus confixa, pernicioso isto Libello infundatur; peccati philosophici principia pariter adducuntur.

F. 12. 17. & seq. Diffic.

De Beneficiorum Curam animarum annexam habentium ingressa eo modo loquimur, qui & scandalum movent, & ad eversionem tendit omnium, quae Sacris Canonibus constituta sunt ad Clericorum ambitionem comprimendam. Nihil vero publicam indignationem concitare iustus potest, quam extrema istius Auctoris audacia, qua asserere non dubitat, eos omnes, qui amorem Dei, fidelem inchoatum, ad justificationem Penitentiae Sacramento necessarium propugnant, putant putam Lutheri doctrinam a Concilio Tridentino insinuat.

Bevelaroc. XII. datum die 6. Febr. 1694.

Quo denique tempore Summus Pontifex, a Deo Ecclesiam datus ad pacem in ea firmendam, injungit Episcopis, ne ultra rationem vagi illa accusatione, & invidioso nomine Janensium tradere, & infamari sinat, nisi prius convictus fuerit aliquam ex quinque Propositionibus damnatis tenuisse, ille sane aequae, ac veritatis inimicus, ac insuper habita contemptaque regula, quam praescribit aequitas, & quam in Diocesi nostra accuratissime observari volumus, Janensium vocare audeat, qui errores ejus non sequuntur de attentione ad malitiam, & pravitate actionis, quam ille quidem ad peccandum necessariam esse propugnat, aut qui circa alia Morali Christianae capita doctrinam proferat Catholicam docent.

Diffic. p. 10. & 20. Diffic. p. 33.

Offensio publica, quam in nostra Diocesi Libellus iste excitavit, ad inquirendum in Auctores, ut diffeminatores Scripti tam seditionis nos impulerit, compertumque habuimus P. Buffierum Societatis Jesu professorem, unum ex iis esse, qui illud Audiosae in vulgus diffeminabant. Tam nefandae temeritatis licentiam impunitam, insultantque fieri non debere judicavimus; quomodo illam sacro multavimus Interdico, ejusque Superiores vocavimus, ut Propositiones contrarias Libelli supra dicti erroribus ab illo subterfui, eosque errores ad illo ejurari, seu improbari de Mandato nostro curent, quo satisfactione injurga Episcopali Auctoritate illata extirparetur.

Et Superiorum quidem humilem injurga Episcopatum reverentiam probavimus, & laudavimus. Omnem enim auctoritatem suam adhibere, ut P. Buffierum ad plenam satisfactionem adducerent: Verum eorum justitiam, ac Archiepiscopum sui mandatis parere vix ille rebelle recusavit: & contumaciam ejus, qua par erat, severitate puniverunt.

Opportuum porro nobis visum est pro veritate, & Sacri nostri Characteris iuribus, ac honore servandis, quin etiam, ut Jesuitarum honori consulamus, hic inferere Litteras, quas Pater Ayrault Vice-Provinctialis ad nos dedit, necnon Propositiones, quarum subscriptionem P. Buffiero imperavit, ut nobis comprobaret, Societatis Praepositos & pravam Libelli doctrinam, & seditionem P. Buffieri agendi rationem damnare.

EPISTOLA PATRIS AYRAUT.

Vice Provincialis Societatis Jesu in Provincia Francia,

Ad Illustrissimum, ac Reverendissimum D. D. Archiepiscopum Rotomagensem De Libello a Patre Buffiero diffeminato.

ILLUSTRISSE ARCHIPRESUL.

De obedientia Patris Buffieri speraveram, iteratis Mandatis me ab ipso imperaturum, ut quam epavorat amplitudo tua satisfactionem ille exhiberet, improbando, & ejurando Libellum, & Propositionibus insinuat. Pater, prout jussit amplitudo tua, subscribendo, id mihi responderat, ac de ipsius bona fide non dubitans, meam tibi obstrinxerat. Verum cum ille Pater exinde obedire pertinaciter recusaverit, nihil aliud facere passum, Illustrissime Domine, quam severe in ipsum animadvertere ob turpas graves in tota istius negotio ab ipso commissas, quibus indignationem in se tuam accessit. Propterea ipsam relego Curiosissimum, ubi in Collegio nostro reclusus manent, illi, que omnibus Societatis functionibus, omnique extra commercium sit interdictum, donec amplius tua placuerit patnam ejus finire, qua certe majorem illi insigere, mea non est potestas.

Spero fore, ut amplitudinis tua benignitas liberet me ab anxietate, quam patris, & molestum istud negotium tandem finiat, certiorum me faciendo, quod in hac in re probatam habet agendi rationem; qui sum maxima cum reverentia.

ILLUSTRISSE ARCHIPRESUL,

Amplitudinis tuae Humilissimus, & obsequiosissimus servus Guillelmus Ayrault, Vice-Provinctialis Societatis Jesu in Provincia Francia.

Lutetia Parisiorum, in Domo Professu, die 2. Februarii 1697.

PROPOSITIONES

AB ILLUSTRISSE D. D. ARCHIEPISCOPO

Rotomagensi determinata, ac de ejus Mandato a Patre Buffiero fabricandae.

I. Imposito mihi a R. P. Guillelmo Ayrault Vice-Provinctiali Societatis Jesu in Provincia Francia Praeposito, ut Illustrissimo D. D. Archiepiscopo Rotomagensi faciam serios rationes Libelli, cui titulus est: Difficultates Propositiones, &c. unquam subscriptionem Propositionibus ejus nomine mihi designandis; cum summissa erga ipsorum Archiepiscopum reverentia, & obedientia, & grati animi erga personam Summi Societatis nostrae Praetorem publicam mihi testimonio idem non possem; agnosco, & declaro Auctorem Libelli, qualis omnique sit, a reverentia eidem Archiepiscopi debita non secedendo, quae eadem, quae per Diocesi perurbani parisi, avertendo Clerum ad observationem Mandatorum ejusdem D. Archiepiscopi, & quod sententiam amplioribus referunt est, recidendi, ac pariteri Morali Christiana contrariis. Ut autem omnibus innotescat quantum impudenter hujus opinionis Auctori, qua non mea sunt, nec Societatis nostrae, sequuntibus Propositionibus subscripsi.

I. Circa doctrinam Probabilitatis, damnare me profer quicquid Innocentii XII. Pontificis Maximi Decreto die 2. Martii 1679. damnatum est.

II. Quod spectat peccatum Philosophicum, damno, quod ab Alexandro VIII. Summo Pont. damnatum est Decreto edito die 24. Aug. 1690. privatumque agnosco, & profero, quod Societatis nostrae Patris in suis circa peccatum Philosophicum declarationibus agnovimus, & professi sumus, falsum esse, quod necessaria sit actualis intentio ad malitiam actionis, ut in peccatum impueter.

III. Peccata exccata, & obstrati, qui homicidium, adulteria, & alia immania sine conscientia, simul committunt, non annuuntur, et quod illa contraria sunt legi naturali, denarium inferni nihilominus rei sunt: cum excusari prohibentur non possint a peccato mortali, quod actu ad actionem malitiam non attendunt.

IV. Obligatio amandi Deum, primum, & praecipuum est hominis officium, & nulla sit pars eius amoris, saltem habituali, vacare debet.

V. Omne opus, ut vere Christianum, ac meritum sit ex amore Dei, saltem habituali, seu ex principio oritur, ad cuiusque actum ad finem ultimum referri debet.

VI. Quicunque asserit, Amorem Dei inchoatum necessarium esse ad excludendum usum peccati, a doctrina Lutheri alienissimus est.

VII. Agnosco, & profero, nullam esse veram conversionem

nam sine aliquo Dei amore, nec peccatorem sufficienter dispositum esse posse ad justificationem in Sacramento Penitentiae consequendum, nisi Deum, ut omnis iustitia fontem diligere incipiat.

VIII. Ambitionis veus est, generatim loquendo, quicunque pro se ipso Episcopatum, Curam Parochialem, aut quodvis aliud Beneficium Curam Animarum annexam habens postulat, indignumque reddat vel ipsa postulatione.

IX. Apostoli veris abutitur, quicunque nisi liceret Episcopatum postulare, non seduxisset Apostolus, scribendo. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Qui majorem, & nobiliorum Ecclesiarum suggesta, seu pulpa ambiunt, & postulant, ut nominis claritatem consequantur, sique viam sibi parent ad Episcopatum, praedicationes abutuntur, & ministerium Evangelii profanant.

Quamvis porro sapientia, & zelo Superiorum Soc. Jesu sublatum scandalum hac in occasione iudicemus nostram Anonymus iste Libellus per omnem Diocesim nostram praediosae diffeminatus est, officii nostri esse ducimus praediosae delere, quae in minus peritorum animis forte peperit circa probabilitatem, Amorem Dei, peccatum Philosophicum, & ambitionem. Et ut praeterea, quod debemus veritati, hic instructione pastoralis sanam doctrinam vobis explicabimus, quam in omni Diocesi nostra doceri volumus circa hanc Morali Christianae fundamentalis capita, ad Auctorem Libelli eversa: expresse declarantes nos omnem a Deo nobis commissam auctoritatem adhibuitur, ut profanas doctrinas novitates, quas falsi nominis scientia documentis nostris posset opponere, & ut impediamus, ne simplices animae a falsis Doctoribus seducantur, qui doctrinam tradent institutionibus nostris contrariam.

Jesuus Diocesis nostrae id non commissuros spondit nobis Pater Ayrault, ipsique expresse mandavit, ut principia mori a nobis proponenda adamulim sequerentur.

Probabilitas, Cap. 11. Iud. Domini. Ex. De. Clerico Excom. man.

In dabitur est eligenda rector. Cap. Inven. 25. Ex. De. spout.

In his, quae dubia sunt, quod certius existimamus tenere debemus. Cie. de Off. lib. 1.

Beneficiarii puniunt, qui veniant quicquam agere, quod dabitur. Exequum sit an iniquum.

Quoties enim huc ipsi per regulam in negotio saltem suae certis incerta praeposuit.

Si dubium habere, graviter Peccata in rebus ad salutem pertinentibus, & conscientia majori lamine mentis formata, tam clare dicit nobis tendendum esse, quod tutius, & probabilis est, ut patrem oppositum amplecti, nisi ipsa repugnant, & reclamant, non possimus. Quod quidem omnium Theologorum sententia, excusari a peccato nullatenus potest, etiam si conscientia errata sit, ut docet S. Paulus de illis agens, qui certorum ciborum usum prohibuit esse credere. His enim veluti aliquid peccato non poterant, & Apostolo iudice, quibus contraria sententia probabilitas certo consistat.

Sola ergo cupiditas efficere potest, ut minus probabilem minusque tutam opinionem probabilior simul, ac tutior praepinamus; & quod illa astrit principium, certissima ducit nostram actionem regulam, Legem Dei scilicet, ac conscientiam evertit.

Duas istas Regulas perfecte explicat celeberrimus S. Thomae, qui Scripurae Sacrae, & Patrum principia circa id caput paucis complectitur, & ad istam probabilitatis doctrinam penitus delendum sufficit. Dicendum (inquit S. ille Doctor) quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur: uno modo sciendo contra Legem, ut cum aliquis fornicatur, alio modo contra conscientiam, etiam si non sit contra Legem, ut si conscientia dicitur aliquid, quod levare festinat. Alex. Theol. Tom. II.

cam de terra sit peccatum mortale. Ex conscientia autem aliquis obligatur ad peccatum, si habeat certam fidem de contrario ejus, quod agit, sive etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione. Illud autem, quod agit contra legem, semper est malum, nec excusatur per hoc, quod est secundum conscientiam, & similiter quod est contra conscientiam, est malum, quamvis non sit contra legem.

Immutabilibus illis duabus actionum nostrarum regulis, novi Theologi probabilitatem, verisimilibus rationibus fondas, tam; aut Doctorum quorundam auctoritate nixam subituerunt; quarum conditionum alterutra, secundum illos, semper sufficiens est, ut opinio in praxi tutae censetur. Adhuc quidem interdum, ad probabilitatem opinionis requiritur, ut nec Scripturae Sacrae, nec Traditionis contraria sit, gravibusque rationibus munitur, adversus quas nullum argumentum convincens proferatur: sed speciosa duntaxat verba sunt; ad abscondendum doctrinae venenum adinventas. Gravium enim rationum nomine vere solidas, firmasque rationes non intelligunt, quae tales inveniri non possunt ad probationem ac munimen falsarum opinionum, quales sunt maxima ex parte, quae ab ipsis ut probabiles propugnantur; sed illi volunt unam, ut qui opinionem aliquam amplectitur, bonis eam rationibus falsam censet; quod certe omnis generis erroribus, & sophismatibus convenire potest.

Quod autem ajunt, probabiles opiniones Scripturae, vel Traditioni contrarias esse non debere: non ita intelligunt ut tam Sacris Regalis re ipsa non repugnent; id volunt unum, ut itarum opinionum Sectatores illas Scripturae, & Traditioni evidenter contrarias non iudicent. Tandem secundum illorum principia, nulla convictio est adversus opinionem, quam graves teneant Auctores: quia praesens dum est, illos solutiones nobis incognitas excogitasse, & invenisse.

Verum omnis ille modificationum factus, quem probabilissimi Auctores adhibent, ut eorum opinio minus invidiosa videatur, non impedit; quin duos in errores impingant; quibus fundamentalia Morali Christianae principia evertuntur.

Primum est, ex quo opinio, quae blanditur cupiditati, certo probabilis est, tuto non illam amplecti, & in praxi sequi posse, relicta opinioe contraria, quae & probabilior videtur, & tutior.

Alteri Probabilitatem extrinsecam, Doctorum quorundam auctoritate falsam, semper sufficere, ut opinio ista in praxi censetur; eamque conscientia luminibus, & sententia, quae proprio iudicio verior videtur, licite praepone.

Inde Christianis in instituenda vita ratione, veram, am falsum sequantur, perinde est, ut recte aequae Eminentissimus Card. de Aguirra, ob eruditionem aequae, ac pietatem reverentiam, fateturque, studium olim suum, dum Probabilissimum, quem nunc totis viribus impugno, festaretur, firmum fuisse in examinando potius, an aliquid esset probabile, quam in investigando an aliquid verum. Contradictoriae opinionis velut probabiles proponuntur, eo nomine, quod a diversis Auctoribus propugnantur: sed casque quoque utas in praxi amplecti possunt illi ipsi, quibus speculativo iudicio false videntur, ac recenteribus Casuistis placet. Secundum nova haec principia cognitam deserere veritatem quae sine pravariatione potest. Vanis illis distinctionibus certitudinis praeficit, & certitudinis speculativa, se iustiores conscientiae stimulos recondere, ac fedate posse novi Doctores gloriantur. Doctrina denique probabilitatis, & humana ratio quantumvis peccato depravata, actionem Christiani hominis regula evadit: Vix, quae videtur homini recta, nunquam ducit ad mortem. Doctores etiam cum errant, ducunt suum, quos sequi tutum est, nec ullam esse periculum evadendi in foream, sequendo ducunt caecos, si gravium Auctorum nomen habeant. Hinc consequens erit, Judaeos falsas Magistorum suorum traditiones tuto sequi potuisse; quin & Jesu Christi damnationem a Doctoribus suis conclamata ut probabilem spectare, illamque sine labe criminis approbare.

Si necessitas illa probabilitatis confectaria vobis horrorem incutiant, si vel sola istius doctrinae novitas, sine qua Orbis Christianus fuit ad postremum usque saeculum, quo profere dire cepit, vos ad eam rejiciendum obliget, ex ejusmodi intelligent, quam necessariam sit longius serpente cohibere.

Turba recenteriorum Casuistarum, qui Scripturam Sacram, & Patres deseruerunt, ut propria commenta, privativum sensum, aut nuperum quorundam Doctorum auctoritatem sequerentur, inaniam ratiuncularum levitate abrepti erraverunt: Tam stupida fide eorum caecitas, ut opinionem omnibus naturae luminibus contrarias propugnaverunt, ipsi ipsi Ethnicius Sapientes non sine horrore audiverunt, & perniciosos adeo sententias quasi tutas & secundum probabilitatis principia, proposuerunt.

Prosper Fagnani, Canonici Juris scientia in Romana Curia spectatissimus, in Commentario ad Caput, Ne innoterit ubi fallam probabilitatis doctrinam egregie refellit, errorum monstram recenset, quae probabilitatem opinionum effrenata licentia peperit.

Ecclesiae Gallicanae Episcopi harum sententiarum enormitate

Rom. 14. 22. 23. 5. Th. Quod I. 8. Art. 23.

Prof. Tom. Conc. Hil. panis.

Prov. 26. 25.

Est via quae videtur homini recta, novissima autem illius cadunt.

Ann. 1322. usque ad 1340.

